PROCESO DE INFANZONÍA: FERNANDEZ de HEREDIA, Jerónimo

TOSOS

1585

259-20

GOBIERNO DE ARAGON

NOS PHILIPPUS

DEI GRATIA REX CASTELLAE
Aragonum legionis Utriusque Sicilie Hierusalem Portuga
lie Ungarie dalmatie croatie navarre granate Toleti Valen
tie galletie Maioricarum Hispalis Sardinie corduble corsi
ce Murcie giennis Algarbij Algesire gibraltaris Insula
rum canarie necnon indiarum orientalium et occiden
talium Insularum et Terre firme maris oceani archi
dux Austrie dux burgundie brabantie Mediolani Athe
narum et neopatrie comes Aspurgij flandrie Tirolis bar
cinone Rosilionis et ceritanie marchio oristanni et go
ceani Cum vos fideles nostri et dilecti **Hieronymus**
et Ioannes Fernandez de Heredia domi
ciliati in loco de Tosos in Regia audientia predicti nostri
Regni Aragonum personaliter comparueritis asserentes
vos et vestrum quemlibet esse infantiones ingenuos et
immunes ex genere et prosapia militum et infantionum
notoque et privilegiato solari recta linea masculina des
cendentes infantioniamque et ingenuitatem vestram
debite

ZARAGOZA
GOBIERNO DE ARAGON

aboite et secundum forum predicti Regni probare velle Idcirco
ad vestram humilem supplicationem de mandato tunc nos
tri locumtenentis et capitanei generalis in dicto nostro Re
no Aragonum citati et vocati fuere magnificus et dilecti nos
tri Joannes Perez de Nueros in predicto nostro Regno nostri
Regii fisci advocatus et procurator dompna catherina ferna
dez de Heredia cuius dicitur esse locus predictus de Bosos
et Jurati nomine et vice totius concilii et universitatis eius
dem loci ad infantioniam et ingenuitatem vestram dicte
et juxta forum probare videndum et audiendum et dictis ci
tationibus in dicta Regia audientia ac in processu dicte
cause legitime reportatis et reproductis in eadem Regia au
dientia personaliter comparuerunt Hieronimus bax a
predicto nostri Regii fisci advocato et procuratore constitu
tus procurator substitutus et Petrus de vera ut procura
tor dictorum dompne catherine fernandez de Heredia
et Juratorum concilii et universitatis predicti loci de Bos
sos de quorum procurationum mandatis in actis processus
dicte cause legitime constat dictis respective nominibus
bus predicte cause se opposuerunt quibus presentibus vo
bis ad vestram articulorum cedulam dandum et offerendum
probandum

probandum et publicandum tempus quatuor mensium
ex tunc proxime et immediate sequentium assignatum
fuit vos mox cedulam articulorum obtulistis que in effec
tu continebat QVOD don Joannes fernandez de He
redia cuius dicitur fuisse locus predictus del Bosos pro
avus vestrorum dictorum exponentium sunt elapsi oc
tuaginta anni fuit et erat infantio de genere militum
et infantionum per rectam lineam masculinam descen
dens et insignium personarum dicti Regni qui ut talis
toto tempore eius vite gavisus fuit gaudereque consue
vit in presenti civitate cesarauguste et alibi ubi mo
ram traxit omnibus et singulis gratiis privilegiis liber
tatibus franquitatibus immunitatibus gratiis et pre
rogativis ceteris militibus et infantionibus dicti Reg
ni de foro et aliis concessis et indultis et nunquam soli
tus fuit nec consuevit contribuere cum hominibus con
ditionis et signi servitii nec solvere peitas alcavalas
impositiones nec Jura aliqua regalia nec vicinalia
nisi solum et dumtaxat ea que milites et infantio
nes soliti sunt et consueverunt contribuere et in tali
Jure usu et possessione pacifica seu quasi dicte sue infan
tionie

GOBIERNO DE ARAGON

tionie dictus don Joannes fernandes de Heredia proavus ves
ter toto tempore vite sue fuit et erat et per sexaginta annos
continuos et ultra usq ad tempus et tempore eius mortis cōti
nue publice pacifice et quiete sine vi violentia nec contradic
tione cuiusquam scientibus et videntibus tollerantibus et
approbantibus nobis et serenissimis regibus Aragonum pre
decessoribus nostris qui pro tempore fuerunt et ipsorum ac
nostris locumtenentibus generalibus aduocatis et procu
ratoribus fiscalibus Juratis concilio et vniuersitate ac sin
gularibus personis vicinis et habitatoribus presentis ciuita
tis cesarauguste et aliarum quarum cumq ciuitatum
villarum et locorum presentis Regni Aragonum et non nul
lis alijs et ceteris quibusuis id ipsum facto antiquo cōmu
niq reputatione et fama publica in presenti ciuitate cesar
auguste et in locis de Tossos Aguilon et baronia de botorrita
et alibi a quinquaginta annis ante huiusmodi motam litē
et per totum dictum tempus usq nunc et de presenti dicentib^9
ET Q predictus don Joannes fernandes de Heredia cu
ius dicitur fuisse predictam baroniam de botorrita ac proavus
vester substulit et procreauit in filium suum naturalem Ja
cobum fernandes de Heredia auum vestrorum dictorum expo
nentium

nentium eum in filium suum naturalem habendo tenen
do nominando et reputando et pro patre et filio naturalib^9
dum ambo simul vixerunt in humanis fuerunt et erat
atq nunc pro tunc sunt habiti tenti nominati et reputati
cōmuniter ab omnibus de eis et de predictis veram notiti
am habentibus hoc idem facto antiquo cōmuni reputa
tione publicaq voce et fama a sexaginta annis in predicto
loco de Tossos et alibi dicentibus et asserentibus ET Q
predictus Jacobus fernandes de Heredia auus vester tem
poribus quibus vixit fuit et erat infantio ac de genere mi
litum et infantionum per rectam lineam masculinam
descendens et pro tali predictis temporibus fuit et erat atq
nunc pro tunc est habitus tentus nominatus et reputatus
cōmuniter et ab omnibus de eo et de predictis veram no
titiam habentibus et ut talis toto predicto tempore vite
sue quiuis fuit gaudereq consueuit tam in predicto loco
de Tossos quam in alijs locis vbi viuere consueuit omnibus et
singulis priuilegijs gratijs exemptionibus libertatibus et
immunitatibus ac franquitatibus ceteris militibus et in
fantionibus huius Regni concessis pariter et indultis et
quibus tales et similes infantiones soliti fuerunt ac cōsu
euerunt vti et frui et nunquam solitus fuit nec consueuit
contribuere

GOBIERNO DE ARAGON

contribuere cum hominibus conditionis et signi servitij nec
solvere pechas alcavalas impositiones nec aliqua Iura re
galia vicinalia nec dominicalia nisi solum et dum ta
xat ea que milites et infantiones de genere militum des
cendentes consueverunt contribuere et in tali Iure vsu
et possessione sue infantionie fuit toto tempore eius vite
per quadraginta annos vsque ad tempus eius mortis publi
ce et palam pacifice et quiete sine vi violentia nec contradi
tione cuiusquam scientibus et videntibus sciere et videre va
lentibus et in aliquo non contradicentibus imo ide expresse
aut saltim tacite consentientibus tollerantibus et appro
bantibus dicto nostro procuratore fiscali assertoque domi
no dicti loci de Bossos nostrisque et suis respective officiali
bus et ministris hoc idem facto antiquo comuni reputatio
ne publicaque voce et fama a predictis desuper recitatis tem
poribus huc vsque vbi supra et alibi dicentibus et asserenti
bus ET quod predictus Iacobus fernandez de Heredia avus
vester ex eius legitimo matrimonio quod contraxit cum
quadam vocata pascuala Sancho habuit substulit
et procreavit in filios suos legitimos et naturales Hie
ronimum fernandez de Heredia patrem vestrorum
dictorum exponentium et Iacobum fernandez de He
redia

redia patruum vestrum qui suam dictis ingenuita
tem et infantioniam in huiusmodi Regni audien
tia legitime probavit eosdem in filios suos legitimos
et naturales habendo tenendo nominando et repu
tando id ipsum comuni reputatione publicaque voce
et fama vbi supra et alibi dicentibus et asseren
tibus ET quod plures sunt elapsi quam viginti et
quinque anni quod prefatus don Ioannes fernan
dez de Heredia et Iacobus fernandez de Here
dia avus et proavus vestrorum dictorum expo
tium respective fuerunt erant et sunt mortui
vnus post alium comuni reputatione publicaque
voce et fama id ipsum dicentibus et asserenti
bus ET quod predictus Hieronymus fernandez de He
redia pater vestrorum dictorum exponentium dictis etia
ex eius legitimo matrimonio quod contraxit cum quada
vocata Ioanna luexma habuit substulit et procreavit
in filios suos legitimos et naturales vos predictos Hiero
nymum fernandez de Heredia et Ioannem fernan
dez de Heredia exponentes predictos vos et vestrum
quemlibet in filios suos legitimos et naturales haben
do

ad tenendo nominando et reputando hocidem comuni re
putatione publicaque voce et fama dicentibus et asserenti
bus ET Quod predictus Jacobus fernandez de Heredia
patruus vestrorum dictorum exponentium in anno Mil
lesimo quingentesimo septuagessimo existens infantio
ac descendens ex linea militum et infantionum ad pro
bandam suam infantioniam et immunitatem ad huius
modi Regiam audientiam habuit recursum et in ea
dem ad videndum predicta fieri fuit citatus noster
aduocatus fiscalis in hoc Aragonum Regno et vox
tus dominus temporalis ac Iurati vice et nomine To
tius concilij et vniuersitatis predicti loci de Tossos et de
inde factis probationibus et diligentijs necessarijs ad
probandam predictam suam infantioniam in anno Mil
lesimo quingentesimo septuagessimo Tertio sub die de ci
ma Tertia mensis Augusti super premissis habita deli
beratione fuit in dicta causa per tunc locumtenentem
et capitaneum generalem nostrum in presenti nostro Ara
gonum Regno diffinitiue pronuntiatum et in scriptis
lata et promulgata diffinitiua sententia per quam fuit
pronuntiatum et declaratum dictum Jacobum fer

nandez

nandez de Heredia paternum abunculum vestrorum
dictorum exponentium fore et esse in possessione seu
quasi sue infantionie et fore admittendum ad fa
ciendam saluam sue infantionie debite et Iuxta
forum et debere gaudere omnibus et singulis priuile
gijs libertatibus et immunitatibus ceteris infantio
nibus presentis Regni concessis et indultis et deinde
ad saluam dicte sue infantionie faciendam per
eum duobus militibus Iuxta forum presentatis et
supplicante fuit in causa predicta pronuntiatum
et declaratum predictum Jacobum fernandez de
Heredia exponentem fecisse saluam dicte sue in
fantionie Iuxta forum et fuit eidem concessum pri
uilegium in forma Iuxta stilum huiusmodi nos
tre Regie audientie predicta omnia per tenorem
processus hac de causa in eadem Regia audientia
actitati constare et apparere dicentibus et asserenti
bus ET Quod Michael casculan Joannes Sagarra
Joannes Macerol bernardus garcia et Michael Simo
testes qui iam alias deposuerunt in predicto processu
ad supplicationem predicti Jacobi fernandez de He

redia

GOBIERNO DE ARAGON

redia fuerunt erant et sunt mortui hoc idem comuni re
putatione publicaque voce et fama vbi supra et alibi di
centibus et asserentibus **DEMVM** in fine et conclusio
ne dicte vestre articulorum cedule concludebatis suppli
cantes pronuntiari vos dictos exponentes fuisse et esse in
fantiones ac de genere militum et infantionum recta linea
masculina descendentes sicuti predictum Iacobum fer
nandez de Heredia quem alias fuit declaratum fore et esse
infantionem et seu saltim salvam factam per dictum Iaco
bum fernandez de Heredia predicte sue infantionie profuis
se et prodesse prodesseque debere vobis dictis exponentibus debe
reque et posse vti frui et gaudere omnibus et singulis fori privi
uilegijs libertatibus et immunitatibus ceteris infantionibus
presentis Regni Aragonum concessis pariter et indultis
QVA CEDVLA articulorum per vos oblata non nulli
Testes ad probandum contenta in eadem per vos producti et
presentati et per magnificum et dilectum consiliarium nos
trum Michaelem de Anchias Iuris vtriusque doctorem tunc
Regiam cancellariam presentis Regni in nostri personam Rege
rem Iuramento previo diligenter examinati et interroga
ti fuerunt quorum dictis et attestationibus vna cum originali
processu

processu probationis et salue dicte infantionie predicti Iacobi
fernandez de Heredia et alijs scripturis et documentis per
vos productis et ad vestram fundandam intentionem intra
dictum tempus vobis ad id assignatum predictis nostri Regij
fisci et dompne catherine fernandez de Heredia nec non
concilij et vniuersitatis predicti loci de Possus respective procu
ratoribus presentibus publicatis et pro publicatis habitis fuit
eisdem respective adversarijs procuratoribus tantumdem tem
pus quatuor silicet mensium ex tunc proxime et immedia
te decurrendorum ad per vos probata et publicata reprobandum
et contradicendum probandum et publicandum assignatum
quibus quatuor mensibus decursis et preteritis vos ipsi expo
nentes supplicastis in dicta causa diffinitiue pronuntiari
secundum que alias in vestra prenarrata articulorum ce
dula continebatur et per vos fuerunt supplicata Nos tunc
euocata prius ad nos causa predicta ob nostrum aduentum
ad hanc nostram ciuitatem cesarauguste visisque primitus
ac diligenter perpensis et recensitis in nostro Regio consilio
huiusmodi nostre Regie audientie predicti processus et cau
se meritis de magnificorum et dilectorum nostrorum
Regiorum consiliariorum et doctorum Regij consilij huius
modi

GOBIERNO DE ARAGON

modi nostre Regie audientie consilio ac matura cum illis
prehabita deliberatione mediante magnifico et dilecto con
siliario nostro urbano ximenez de Aragues Iuris utriusque
doctore nostroque Regente Regiam cancellariam in presenti
Aragonum Regno in dicta Regia audientia in Iuditio proti
bunali sedente et vobis dictis exponentibus presentibus et
supplicantibus ac etiam presentibus memoratis nostri Re
gij fisci et dicte dompne Hieronyme fernandez de Heredia
necnon dictorum Iuratorum concilij et universitatis dicti
loci de Cossos respective procuratoribus nostram in processu
dicte cause fecimus et in scriptis tulimus et promulgaui
mus diffinitiuam sententiam huiusmodi sub Tenore et
serie **IESU CHRISTI NOMINE INVOCA
TO SACRA CATHOLICA ET REGIA
MAIESTAS** attentis contentis ergo de co
silio pronuntiat et declarat salvam infantio
nie factam per Iacobum fernandez de heredia
prodesse debere Hieronymo et Ioanni fer
nandez de Heredia exponentibus ex fra
tre ipsos que exponentes esse infantiones et
debere gaudere omnibus et singulis pri
uilegijs

uilegijs libertatibus et immunitatibus cete
ris infantionibus presentis regni concessis
et indultis neutram partium in expensis co
demnando **ET DICTA** ac premissa diffinitiua sen
tentia modo premisso per nos lata et promulgata et per vos dictis
exponentes acceptata et approbata huiusmodi literas sive
Regium priuilegium in forma solita et assueta Iuxta stilum
huiusmodi Regie audientie vobis dictis exponentibus sup
plicantibus concessimus prout concedimus Serenissimo prop
terea Philippo principi asturiarum et gerunde ducique cala
brie et Montis albi filio primogenito nostro charissimo ac post
longeuos et felices dies nostros in omnibus Regnis et domini
js nostris immediato heredi et legitimo successori intentum
aperientes nostrum sub paterne benedictionis obtentu dicimo
eumque rogamus egregio vero magnificis dilectisque consiliarijs
et fidelibus nostris nostro futuro locumtenenti et capitaneo
generali in huiusmodi nostro Aragonum Regno regenti offi
tium generalis gubernationis Iustitie et baiulo generali
Aragonum magistro rationali aduocato et procuratori
bus fiscalibus nostris Çalmedinis insuper Iustitijs Merinis
supraiunctarijs baiulis Iuratis Alguazirijs Regijs Porta
rijs

zijs vetigarijs et quorumcumque Iurium et redditituum Rega lium et vicinalium Arrendatoribus colectoribus siue comis sarijs ceterisque demum vniuersis et singulis Iudicibus offi tialibus et subditis nostris maioribus et minoribus dicto rumque omnium offitialium et cuiuslibet eorum locatene tibus et presertim dicte dompne catherine fernandes de Heredia cuius dicitur esse locus predictus de Pos sos Iuratis et alijs offitialibus concilio et vniuersitati pre dicti loci de Possos ceterisque quibuscumque personis cuius cumque status gradus conditionis seu preheminentie existant predicta omnia desuper enarrata intiman tes et notificantes scienter deliberate et consulto nos traque Regia auctoritate et potestate plenissima dicimus ac districte precipiendo mandamus quatenus vos dic tos Hieronymum fernandes de Heredia et Ioannem fernandes de Heredia prolemque et posteritatem vestra ex vobis nunc et pro tempore descendentem recta linea masculina pro Infantionibus ingenuis origmarijs et er muneis habeant teneant reputent atque tractent et ad aliquam seruitutem faciendam Iura vel enera Regalia seu vicinalia cum hominibus plebeis conditionis et signi seruitij

seruitij presentis Regni nec dicti loci de Possos nec aliunde sub eunda vel supportanda ne quaquam cogant seu compellant nisi ad ea dumtaxat Iura et munera soluenda et prestan da per milites et infantiones origmarios et ingenuos Regni predictorum et loci debita et solui consueta huiusmodi li teras siue nostrum Regium priuilegium omniaque et singu la desuper enarrata et in eodem contenta adimpleant tene ant firmiter et obseruent adimpleri teneri et obseruari faciat inuiolabiliter per quoscumque et ne secus agant fieriue permit tant ratione aliqua siue causa si gratiam nostram Regiam charam habent et preter ire et indignationis nostre Regie in cursum penam florenorum auri Aragonum Mille ab omnis secus agentis et cuiuslibet transgressoris et inobedientis absque spe venie percipiendorum nostrisque Regijs inferendorum era rijs cupiunt euitare et dictus Serenissimus princeps nobis morem gerere cupit In cuius rei Testimonium presentem fieri et expediri Iussimus et fecimus nostro Regio comuni sigil lo in pendenti muniri Datt in ciuitate nostra cesaraugusta die nono mensis Marcij anno computato anatiuitate do mini nostri Iesu christi Millesimo quingentesimo octuagesi mo quinto Regnorumque nostrorum videlicet citerioris sicilie et

Hierusalem

Hierusalem Trigessimo secundo Castelle autem Aragonu
v[u]lterioris Sicilie et aliorum Trigesimo Portugalie autem Sexto

Yo el Rey

V[idi]t Vicecancell[arius] Gen[eral]is V[idi]t Franquesa pro cons[erventor]e
Arag[onu]m

V[idi]t Ximenez R[egen]s

Dominus Rex mandavit mihi Joanni Mctanyes
visa per dominum regentem Cancellaria pro the[sorar]io
generali et Franquesa pro cons[ervato]re Aragonum

Ind[iv]ersorum Arag: XIIII
folio quadragesimo tertio.

Privilegium Regium infantionis Hieronymi et Joannis Ferrandez de Heredia